Fragmentarium

Nocentium uerbum de ore regis exierat & statim operuer
faciem eius. Dixitque arbona unus de eunuchis qui stabant
in ministerio regis. En lignum quod parauerat mardo
cheo qui locutus est pro rege stat in domo aman habens
altitudinis .L. cubitos. Cui dixit rex. appendite eum in eo.
Suspensus itaque aman in patibulo quod parauerat mardo
cheo & regis ira requieuit die illo. Dedit rex assuerus
esther reginae domum aman aduersarii iudaeorum. & mar
docheus ingressus est ante faciem regis. Confessa est
enim ei esther quod esset patruus suus. Tulitque rex anulum
quem ab aman recipi iusserat & tradidit mardocheo. Esther
autem constituit mardocheum super domum suam. nec his contenta
procidit ad pedes regis. Fleuitque & locuta ad eum orauit ut ma
litiam aman agagitae & machinationes eius pessimas quas
excogitauerat contra iudaeos iuberet irritas fieri. At ille
ex more sceptrum aureum protendit manu quo signum clemen
tiae monstrabatur. Illaque consurgens stetit ante eum
& ait. Si placet regi & inueni gratiam coram oculis eius & de
precatio mea non ei uidetur esse contraria. obsecro ut nouis
epistulis ueteres aman litterae insidiatoris & hostis
iudaeorum quibus eos in cunctis regis prouinciis perire praecepe
rat corrigantur. Quomodo enim potero sustinere

Esther

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 15346, Cod15346_11v – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-7d54/3878/41120)